Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Si quis opis tituli diligens examinator inspiciat cui de topicis differentiis scribam. ñ id a nobis tamen exspectare debebit. ut locos inter se dialecticos et rethoricos differentias dem. uerum id mihi magis ut dialecticos locos a rethoricis segregem. Qd nos efficaci aggressu posse arbitram. si ab ipsa facultatis natura disputandi sumam exordium. Ostensa enim dialectice ac rethorice similitudine ac dissimilitudine: ab ipsarum facultatum necesse est formis. ut et locos quibus facultatibus deseruiunt cum utriusque discrepantias ducam. Dialectica igitur facultas de iis tantum considerat. de iis uero sine circumstantiis questio. Rethorica uero de hypothesibus idem questionibus; circumstantiarum multitudine inclusis tractat ac disserit. Circumstantiae uero sunt. quis. quid. ubi. quando. cur. quomodo. quibus; ammuniculis. Rursus dialectica quidem si quando circumstantias ueluti personam factum ue aliquid ad disputationem sumit. ñ principalitas; omnem eum ad thesim de qua disserit tinsert. Rethorica uero si thesin assumpserit ad hypothesin trahit. utraque; suam materiam quidem tractat; alteri sumit. ut pruore in sua matria facultate mitti. Rursus dialectica interrogatione ac responsione astricta est. Rethorica uero repposita perpetua oratione decurrit. Item dialectico perfectus uti syllogismis. Rethorica uero enthimematum breuitate contenta est. Illud et differentia facit quod rethor habet aliquem pretaduersarium iudicem. quia inter utrosque discepter. Dialectico uero ille fert sententiam quia aduersarius sedet. ab aduersario enim responsio ueluti quedam sententia subiuncta interrogationis elicitur. Que cum ita sint omnis earum differentia tum in materia. tum in usu. tum in fine. est manifesta. In materia. quod thesis atque hypothesis materia utriusque subiecta est. In usibus. quod hec interrogatione: illa uero perpetua oratione discepter. tum quod hec integris syllogismis. illa uero enthimematibus gaudet. fine uero. quod hec persuadere iudici. illa quod uult aduersario extorquere conatur. Quibus ita perpensis. paulo posteriorem questionem rethoricam. que in institutionibus posuit. Porphirii generis enu-